



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1838

VII. Fürst Nicolaus von Slavien bekennt, daß sein Vater Heinrich, Herr von Werle, zwei Hufen in Wildeshusen Gott und dessen Heiligen gegeben habe. Ohne Datum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

agris, campis, cultis et incultis, aquis aquarumque decursibus, piscaturis. In uis et semitis, communibus et priuatis, contulimus pacifice perpetuo possidendam. Ita plane quod in predicta uilla berlin eisdem libertatibus gaudeant prelibati fratres quibus ex gracia dei et nostra in Dranso hactenus sunt gauisi, uidelicet quod coloni in memorata uilla commorantes liberi sint et immunes ab omni inquietudine committum vel iuris nostri executorum ab urbium pontium aggerum extractione, nec non et ab extorsione theloneorum et uectigalium et ab omni expeditione. Sicut nemini seruire teneantur ex debito nisi soli deo et amelungebornensi monasterio, nec aduocatum quemquam de nostris habeant super se vel iudicem nisi abbatem solum, cui damus iudiciariam potestatem in omni causa, vel cui abbas uicem pro se commiserit iudicandi. Sane quia sepedictam uillam harnit *) miles dictus ursus a nobis iure tenuerat pheodali ipsam et quartam partem utriusque stagni cum piscatura sua, una cum filiis suis Ottone et Gothemaro, et fratribus suis lippoldo et theoderico ac omnibus aliis in dictis bonis pheodum habentibus in manus nostras libere resignarunt. Et nos eadem bona ecclesie antedictae assignare curauimus, eo quod prefatus h(arnit) de consensu heredum suorum pro Centum et L marcis Brandeburgensis argenti prenominata bona que ad ipsum hereditario iure specialiter fuerant deuoluta legitime uendiderit fratribus supradictis. Quibus ex nostra donacione concessimus quod terminis secundum quos premissus h(arnit) eadem bona possedisse noscitur taliter sint contenti, quod ipsa intra eisdem terminos nulli liceat in perpetuum mensurare, hoc adiecto quod si tres partes residuas stagnorum et piscature sepius memoratos fratres in futurum comparare contigerit. Super his nec a nobis nec ab alio aliquo proprietatem sine ius pheodale deinceps requirere tenebuntur, presertim cum sicut superius est expressum, quamquam etiam nominatas tres reliquas partes stagnorum non emerint, ipsis tamen a nobis proprietatis beneficium sit collatum, ut autem hec nostra uendicio siue donacio inconuulsa permaneat presentem paginam inde conscriptam sigillorum nostrorum appensione duximus roborandam, huius rei testes sunt Mauricius tunc temporis abbas, hildewardus theodericus monachi, heinricus magister in dranso theodericus opilio conuersi, Stephanus prepositus Robelenfis, lippoldus plebanus in waren. Sacerdotes, heinricus de vlotou aduocatus noster in robole, heinricus de hanelberge, Johannes deeo, theodericus de osten, priscebur, Johannes de Belin, harnit, lippoldus, Johannes de cruchere, Bertoldus de hanelberge, Johannes kabolt, heinricus kabolt, zabel de redigedorpe, zabel de plawe, yio aduocatus in wistoke, milites, Buckeslawe filius domini Barrammi, willekinus cammerarius, olricus de bardemilete, lambertus de pinzelin, Johannes filius unzlay, heinricus de Rorbeke, hermannus de hanelberge, et alii quam plures. Actum et Datum Robele per manum Godefridi notarii nostri Gustrowensis prepositi, anno domini M^o CC^o LXX^o III^o In octaua epiphanie.

VII. Fürst Nicolaus von Slavien bekennt, daß sein Vater Heinrich, Herr von Werle, zwei Husen in Wildeshusen Gott und dessen Heiligen gegeben habe. Ohne Datum.

Dei gracia, Nicolaus princeps selauie, omnibus hoc scriptum inspicientibus vel audientibus in perpetuum, presentium exhibitione, cum mei sigilli appensione, fideliter protestor, quod bone memorie dominus heinricus de werle pater meus, consensu meo sicut decuit accedente, mansit duos in uilla wildeshusen sitof, pro remedio sue et matris mee domine cristine anime, nec non pie memorie domini buorwini aui mei et patris mei Nicolai, ceterorumque omnium sue stirpis heredum, presentium siue futuro-

*) Vielleicht harnit, d. i. Hartwig von Bär.

rum deo et sanctis eius obtulit in perpetuum. arbitrio fororif cristine recluse de fatowia relinquent. ut singulis septimanis missa una pro uiuis et altera pro defunctis. pro iam dictis fidelibus persoluatur. in loco. ubi eidem visum fuerit ordinare.

VIII. Nicolaus, Herr von Werle, verkauft dem Kloster Amelunghorn Güter in Soltzowe, Bipperowe, Priborn etc., im J. 1291.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis: Nos. Nicolaus dei gratia Dominus de Werle, vniuersis sancte matris ecclesie filiis presentia visuris in perpetuum. Cum mundane varietatis cursus ambiguus in sui varietate nichil habeat certius, quam ad ea que rite acta sunt, statim cum non placent se inclinet et immutare conetur expedit de rebus gestis scripturam fieri per quam geste rei veritas posteris clarius elucefcant. Hinc est quod tenore presentium publice recognoscimus tam presentibus quam futuris notum fieri cupientes. Quod venerabiles et in Christo nobis dilecti, Dominus abbas Totusque Conuentus Monasterii de Amelungesborna, Cystericiensis Ordinis, Hildensemenfis dyocesis, atque fratres eorum manentes in Dranse, Molendinum suum in dominio nostro situm quod Priborne dicitur, cum omnibus vtilitatibus suis et proprietate sicut ad ipsos pertinuit. ad manus et vtilitatem nobis totaliter assignauerunt et resignauerunt. Insuper ducentas et viginti marcas denariorum promptas ab ipsis recepimus. Pro quibus omnibus, accedente beneplacito et consensu dilecte matris nostre Domine Sophie, et fratrum nostrorum Guntheri, Bernardi, Henrici et Johannis, de maturo fidelium vasallorum nostrorum consilio, vendidimus, donauimus et donamus eisdem, Domino abbati et conuentui in Amelungesborna et fratribus eorum in Dranse. perpetuo, quiete, pacifice et libere possidere quedam Bona in Soltzowe, videlicet Curiam quandam cum fundo suo siue insula in qua sita est, nec non tres mansos ibidem ad eandem curiam pertinentes. Item vnum mansum in vipperowe, et quartam partem stagni quod Szumit dicitur et medietatem cuiusdam aque que Reke dicitur, iuxta villam Gartz. nec non alios quinque mansos in Priborne. Que omnia emimus a fidei nostro vasallo Henrico de Rorbeke armigero. Qui cum omnia ista, cum vxore sua et heredibus suis, nobis resignasset, fratres predictos in possessionem misimus eorundem. volentes vt ipsi ea, cum terminis quos nunc habent vel ab antiquo habuisse dinoscuntur, cum omnibus attinentiis suis, in siluis, pratis, pascuis, Campis cultis et incultis, in aquis aquarumque decursibus, cum integra proprietate et hereditate tam in areis quam in arearum spatii que kotworde dicuntur, sine diminutione et dimensione aliqua ingiter obtineant et ex toto. Ceterum fratres sepedicti habebunt proprietatem quatuor mansorum in Soltzowe, et omnium arearum que ad ipsos mansos pertinent vel pertinuerunt antiquitus. Quos mansos emit sibi Tidemannus priborne burgenfis in Robele, ab eodem Henrico de Rorbeke superius memorato. Preterea iidem fratres ratione proprietatis et iuste possessionis quam habent in prefatis bonis et mansis, habebunt piscaturam in aqua Muriz, sicut Henricus Rorbeke habuit, et ceteri vasalli nostri habent apud aquam Murizce commorantes. Insuper vendidimus prememoratis fratribus proprietatem superioris molondini in Schilde, scilicet iuxta villam Bale siti. statuentes, vt nullus intra terminos domini nostri eis in flumine et amne ipsius molendini infra vel supra vllum impedimentum quod stowinge dicitur, faciat. Et ad firmandum obicem ipsius molendini, terram in dominio nostro accipient et acquirant. Vt igitur cum progenitoribus nostris qui ecclesiam in Amelungesborna eternorum intuitu liberaliter dotauerunt, de manu domini in quo uiuimus mouemur et sumus, recipiamus duplicia gratiam scilicet in presenti et gloriam in futuro. donationes et libertates quas ipsi progenitores nostri in